



**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

127. Feria 2. De Promißis Evangelicis in genere.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

**Dominica in albis.** 221

remotè dubitatione credebat; Laudabiliter quidem, sed laudabilius, qui solo auditu credunt: sequitur enim: *Quia vidisti me Thomam, credidisti: beati, qui non viderunt, & crediderunt. Si beati, qui viderunt, beatiores qui non viderunt: quia magis participant de natura Fidei, quæ est argumentum non apparentium, ad Hebr. 11. a deo que magis merentur. Quare si mihi optio detur, malo credere, quam videre.*

*Conf. 3. Cicatrices à Domino retentas miraculose, quod non sanguinent, neque venarum, vel arteriarum cuiusum interrum- pant, retentas in confirmationem Fidei. 2. Victoriæ de inimicis. 3. In memoriam sui erga nos amoris. 4. Ut Mediator & Advocatus per eas Patri representatas magis nobis pro- fit. 5. Ut nos ad sui cognitionem, amorem, & obedientiam extimulet, officiique erga se nostri commonefaciat. 6. Ad confundendos in die judicij inimicos, ad exhilarandos ele- ctos. Ut inde participem, sequar consilium D. Bernar: de ordine vitæ: *Beatus, qui castus perseverat in corpore, & mente: huic procul dubio caro & sanguis Redemptoris nostri efficitur sa- lus, & vita.**

**MEDITATIO CXXVII.**

Feria 2. Domin. in albis.

*De Promissis Evangelicis in genere.*

**K 3 Aspiciam**

**A**spiciam Dominum totum festivum suos electos, de ijs gaudentem, & n promittentem. Petam agnoscere felicitatem electorum Dei, & esse unus ex illis, qui dicitur: *Ego elegi vos.* Joann. 15.

*Conf. 1.* Felicissimam electorum sunt gratiae ineffabilis: quid enim eramus, quando Christus nodum nos elegerat, nisi iusti & perditi? quia non eligit Deus bonos, quos eligit, facit bonos: alioqui gratia esset gratia. Mali igitur eramus, & electi mus, ut boni per gratiam nos eligentur. Elegit ante mundi constitutionem vocavit de mundo alium ante, alium gratiae naufragia; ita ipse loquitur: *Nomine elegisti, sed ego elegi vos:* Misericordia veni vos. Sume in numero electorum estis etiam mei recordatus ab aeterno dimisus: si id scirem, quid facerem? cum sciam, quid agam? aut quid mihi tamponesse difficile, quod subire nolle, ut in merum Electorum irserai?

*Conf. 2.* Posui vos, ut eatis, id est, vole quia, ut ait Greg. hom. 17. in Evang. ire est. Per me viam: quia, ut ait Aug. ipse via, in qua nos posuit, ut eamus, iterum gratia. Quod si ego prætete apud in statu tali sum, in quo si Deum quæcchè invenio, disquiram, quomodo eam Domini.

Conf. 3. *Et fructum afferatis. Fruetus no-*  
*ster est charitas; quia fructus Spiritus chari-*  
*tas, quæ modò est in desiderio, postea in sa-*  
*turitate. Et fructus vester maneat operando,*  
*perseverando. Et ne id molestum sit, pro-*  
*missis nos excitat, quæ electis suis imitanti-*  
*bus vitam suam pollicetur daturum se in hac*  
*& altera vita, prorsus admirandis, propter*  
*quæ ipse Filius Dei exultat, Luc. 10. In ipsa*  
*hora exultarit in spiritu sancto, de salute hu-*  
*miliū, quibus loquebatur, gratias agens,*  
*ut ostenderet dilectionem in nos. Confiteer*  
*tibi Domine Pater cali, & terra, quia abscon-*  
*disti hæc à sapientibus & prudentibus, & reve-*  
*lasti ea parvulū: etiam Pater, quoniam sic pla-*  
*cuit ante te. Agam & ego gratias pro tuis*  
*beneficij spe.*

MEDITATIO CXXVIII.

Fer. 3. Dom. in albis.

De bonis, qua Evangelium promittit  
in hac vita.

**A**spiciam Dominum dediantem ter-  
rena premittere, sed tantum adiucere.  
Matth. 6. *Hæc omnia adiicientur vobis: pro-*  
*mittentem verò spiritualia in hac vita fidem,*  
*& dona Miraculorum. Marc 16. Signa au-*  
*tem eos, qui crediderint, hæc sequetur, &c. Petam*  
*intelligere promissa hujus vitæ, & fructum*  
*inde colligere.*

X 4 Conf.